

digium, virum scilicet ingentis speciei,
 & humana angustioris, insedentem equo,
 naturalem quoque modum supergresso,
 eundemque cum circa primæ lucis tem-
 pus persistens, horæ vnius spacio multis
 viventibus stuporem attulisset, raptim
 ex oculis ablatum, triduo autem inter-
 iecto, eodem loco ac tempore duos visos,
 ac ipso habitu & pari mole corporum
 confertis manibus horribilem pugnam
 miscuisse, atque hora vna, ex his motibus
 exacta, stupentibus qui aderant, itidem
 evanuisse & horum quidem Musatus Pa-
 tauinus Historicus, nouarum rerum sa-
 tis anxius conquisitor, testis est.

ALIVD.

Nam affert, circa idem tempus, quo
 ad montem Attinum, collatis Flo-
 rentinorum & Pisanorum signis decer-
 tatum est, monstrum in agro Veronensi
 æditum, ex equa quadrupedem foetus,
 humano capite, ad cuius murmur & va-
 gitum, & confusum humanæ vocis so-
 num, occurrens ruris illius accola, & no-
 tio attonitus spectaculo, exactum ingen-
 ti gladio monstri caput, præter callem
 acuto baculo suffixit, quam ob causam
 ad iudicium tractus, & de monstruosi par-